

OFFIZIU IN CAMPU SANTU



EXULTABUNT DOMINO* *OSSA HUMILIATA*

MISERERE MEI DEUS* *SECUNDUM MAGNAM,
MISERICORDIAM TUAM*

ET SECUNDUM MULTITUDINEM MISERATIONUM TUARUM*
DELE INIQUITATEM MEAM

AMPLIUS LAVA ME AB INIQUITATE MEA* *ET A PECCATO
MEO, MUNDA ME*

QUONIAM INIQUITATEM MEAM EGO COGNOSCO* *ET
PECCATUM MEUM, CONTRA ME EST SEMPER*

TIBI SOLI PECCAUI ET MALUM CORAM TE FECI * *UT
JUSTIFICERIS, IN SERMONIBUS TUIS, ET VINCAS
CUM JUDICARIS*

ECCE ENIM IN INIQUITATIBUS CONCEPTUS SUM* *ET IN
PECCATIS, CONCEPIT ME MATER MEA*

ECCE ENIM VERITATEM DILEXISTI* *INCERTA ET OCCULTA
SAPIENTAE TUAE, MANIFESTASTI MIHI*

ASPERGES ME HYSSOPO ET MUNDABOR* *LAVABIS ME, ET
SUPER NIVEM DEALBabor*

AUDITUI MEO DABIS GAUDIUM ET LAETITIAM* *ET
EXULTABUNT, OSSA HUMILIATA*

AVERTE FACIEM TUAM A PECCATIS MEIS* *ET OMNES
INIQUITATES, MEAS DELE*

COR MUNDUM CREA IN ME DEUS * *ET SPIRITUM RECTUM,
INNOVA IN VISCERIBUS MEIS*

NE PROJICIAS ME A FACIE TUA* *ET SPIRITUM SANCTUM
TUUM, NE AUFERAS A ME*

REDDE MIHI LAETITIAM SALUTARIS TUI* *ET SPIRITU
PRINCIPALI, CONFIRMA ME*

DOCEBO INIQUOS VIAS TUAS* *ET IMPII, AD TE
CONVERTENTUR*

LIBERA ME DE SANGUINIBUS DEUS DEUS SALUTIS MEAE* *ET
EXULTABIT LINGUA MEA, JUSTITIAM TUAM*

DOMINE LABIA MEA APERIES* *ET OS MEUM
ANNUNTIABIT, LAudem TUAM*

QUONIAM SI VOLUISSES SACRIFICIUM DEDISSEMUTIQUE* *ET
HOLOCAUSTIS, NON DELECTABERIS*

SACRIFICIUM DEO SPIRITUS CONTRIBULATUS* *COR
CONTRITUM, ET HUMILIATUM DEUS, NON
DESPICIES*

REQUIEM AETERNAM DONA EIS DOMINE* *ET LUX
PERPETUA, LUCEAT EIS*

EXULTABUNT DOMINO * *OSSA HUMILIATA*

Si matin

Ego sum resurrectio et vita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit vivet : et omnis qui vivit et credit in me ; non morietur in aeternum.

Je suis la résurrection et la vie, celui qui croit en moi, fut il mort vivra, et quiconque vit et croit en moi ne mourra pas éternellement.

BENEDICTUS Dominus Deus Israel* quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a saeculo sunt, prophetarum eius

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium qui oderunt nos

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris * et memorari testamenti sui sancti

Iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum* daturum se nobis

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate et iustitia coram ipso, * omnibus diebus nostris

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: * praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: * in remissionem peccatorum eorum
Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitabit nos, oriens ex alto

Illuminare his qui in tenebris, et in umbra mortis sedent* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem aeternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis

Si apres midi

Absolve, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum et gratia tua illis succurrente mereantur evadere judicium ultionis, et lucis æternæ ; beatitudine perfrui.	"Absous, Seigneur, les âmes de tous les fidèles défunts de tout lien de péché, et que, secourues par ta grâce, elles méritent, Seigneur, d'échapper au jugement vengeur et de goûter aux joies de la lumière éternelle."
--	--

Dies iræ, dies illa,
Solvat sæclum in favilla
Teste David, cum Sibylla

Quantus tremor est futurus
quando iudex, est venturus,
cuncta stricte, discussurus

Tuba mirum spargens sonum
per sepúlcræ regiõnum,
coget omnes, ante thronum

Confutatis maledictis,
flammis ácribus, addictis,
voca me, cum benedictis.

Oro supplex et acclínis
cor contrítum quasi cinis,
gere curam, mei finis

Lacrymósa dies illa,
Lacrymósa, dies illa
quæ resúrget, quæ resúrget, ex favilla

judicándus homo reus
Huic ergo, parce Deus.

Pie Jesu jesu Dómine
Pie, jesu jesu domine
dona eis, dona eis, réquiem Amen

Seigneur jésus christ, avant de ressusciter, ton corps a reposé trois jours en terre.

Depuis ces jours la, la tombe des êtres humains est devenue pour les croyant, signe d'espérance en la résurrection.

Donne aux corps de reposer en paix dans leurs tombeau jusqu'au jours de la résurrection

Par jésus le christ notre seigneur amen.

Prima lenza

O seigneur, n'entrez pas en jugement avec votre serviteur, puisque nul homme ne sera justifié à vos yeux, s'il n'obtient de vous-mêmes la rémission de tous ses péchés : qu'il ne soit donc pas, nous vous en prions, accablé par l'arrêt de votre justice, lui que vous recommandent les supplications sincères de la foi chrétienne ; mais qu'il mérite, par le secours de votre grâce, d'échapper au mouvement de vengeance, lui, que pendant sa vie mortelle, a marqué le sceau de la trinité sainte. Vous qui vivez et réglez dans les siècles des siècles

R/AMEN

Seconda lenza

Frères nous ne voulons pas vous laisser dans l'ignorance au sujet de ceux qui se sont endormis dans la mort; il ne faut pas que vous soyez abattus comme les autres qui n'ont pas d'Espérance.

Jésus nous le croyons est mort et ressuscité.

De même nous le croyons, ceux qui se sont endormis, dieu a cause de jésus les emmènera avec son fils.

Ainsi nous serons toujours avec le seigneur.

Retenez ce que je viens de vous dire, et réconfortez vous les uns des autres.

R/AMEN

terza lenza

Seigneur jésus christ, avant de ressusciter, ton corps a reposé trois jours en terre.

Depuis ces jours la, la tombe des êtres humains est devenue pour les croyant, signe d'espérance en la résurrection.

Donne aux corps de reposer en paix dans leurs tombeau jusqu'au jours de la résurrection

Par jésus le christ notre seigneur amen.

R/AMEN

Benedizione :

Deus cujus miseratione animae fidelium requiescunt hunc tumulum + benedicere dignare, eique angelum tuum sanctum deputa custodem: et quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum; ut in te semper cum sanctis tuis sine fine laetentur. Per christum dominum nostrum. R / AMEN	Dieu, dont la miséricorde donne aux âmes des fidèles le repos, daigner bénir + cette tombe et envoyez votre saint ange pour la garder ; délivrez de tous les liens du péché les âmes de ceux dont le corps est ici ensevelis, afin qu'avec vos saint ils possèdent en vous la joie éternelle. Par le christ notre seigneur R/ AMEN
--	---

animae omnium fidelium defunctorum per misericordiam dei requiescant in pace AMEN	Que les âmes de tous les fidèles défunts par la miséricorde de dieu reposent en paix AMEN
---	---

Per UN cunfratellu,

O signore, fate chi a vostra preghiera suplicante dia ricatu a l'anime di i vostri defunti fidati, e chi liberati di tutti i so peccati possinu elli participà a l'eterni favori di a vostra redenzione.

Cuncedite a l' anima di u nostru fratrellu.....,

Un locu di riposu e di felicità in lu splendore di a vostra luce

Voi ch'avete vita e regnu in li seculi di i seculi

R / AMEN

OREMUS:

Deus veniae largitor, et humanae salutis amator : quaesumus clementiam tuam, ut nostrae Congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

R / AMEN

Per un Sacerdote

O signore, fate chi a vostra preghiera suplicante dia ricatu a l'anime di i vostri defunti fidati, e chi liberati di tutti i so peccati possinu elli participà a l'eterni favori di a vostra redenzione.

Cuncedite a l' anima di u vostru servu.....,

Un locu di riposu e di felicità in lu splendore di a vostra luce

Voi ch'avete vita e regnu in li seculi di i seculi

R / AMEN

OREMUS :

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum [NN].

Sacerdotali fecisti dignitate vigere : praesta, quaesumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, quim tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R / AMEN

LITANIE DI I SANTI

Chì si cantanu per i morti

Sancta Maria,	ora pro eis
Sancta Dei Genitrix,	
Sancta Virgo Virginum	
Sancte Michael,	
Sancte Gabriel,	
Sancte Raphael,	
Omnes sancti Angeli, et Archangeli,	orate pro eis
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines,	orate...
Sancte Joannes Baptisia,	
Sancte Joseph,	
Omnes sancti Patriarchæ, et Prophetæ,	orate pro eis
Sancte petre,	
Sancte Paule,	
Sancte Andrea,	
Sancte Jacobe,	
Sancte Joannes,	
Sancte Thomas,	
Sancte Philippe,	
Sancte Bartholomæe,	
Sancte Matthæe,	
Sancte Simon,	
Sancte Thaddæe,	
Sancte Mathia,	
Sancte Barnaba,	
Sancte Luca,	
Sancte Marce,	
Omnes sancti Apostoli, et Evangelistæ,	orate pro eis
Omnes sancti Discipuli Domini,	orate pro eis
Omnes sancti Innocentes,	orate pro eis
Sancte Stephane,	ora pro eis


Sancte Vincenti,	
Sancti Fabiane, et Sebastiane,	orate pro eis
Sancti Joannes, et Paule,	orate pro eis
Sancti Cosma, et Damiane,	orate pro eis sancti
Gervasi, et Protasi	orate pro eis
Omnes sancti Martyres	orate pro eis
Sancte Silvester,	ora pro eis
Sancte Gregori,	ora pro eis
Sancte Ambrosi,	
Sancte Augustine,	
Sancte Hieronyme,	
Sancte Martine,	
Sancte Nicolae,	
Omnes sancti Pontifices, et Confessores,	orate pro eis
Omnes sancti Doctores,	orate pro eis
Sancte Antoni,	ora pro eis
Sancte Benedicte,	
Sancte Bernarde,	
Sancte Dominice,	
Sancte Francisce,	ora pro eis
Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ,	orate pro eis
Omnes sancti Monachi, et Eremitæ,	orate pro eis
Sancta Maria Magdalena,	ora pro eis
Sancta Agatha,	
Sancta Lucia,	
Sancta Agnese,	
Sancta Cæcilia,	
Sancta Catharina,	
Sancta Anastasia	ora pro eis
Omnes sanctæ Virgines et Viduæ,	orate pro eis.

Omnes Sancti, et Sanctæ Dei :	Intercedite pro eis
-------------------------------	---------------------

Agnus Dei qui tollis peccata mundi : dona eis requiem.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi : dona eis requiem.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi : dona eis requiem sempiternam.



CONFRATERNITA
SANT'ANTONE ABBATE
SOTTO L'INVOCAZIONE DELLA SANTA CROCE
Speluncatu



Settimana

Santa

